

Franz Albert Aepinus

**Pro-Rector Hodierne, Francisc. Alb. Aepinus, S. Th. D. ... Cives Academicos
Honaratissimos, Ex Officii Ratione, Vt Festvm Sanctorvm Angelorvm Cvm
Ecclesia Pie Decenterqve Peragant, Admonitvrs, Materiam Simvl Qvandam De
Angelis Vlterivs Cogitandi Ac Meditandi Pvbllico Hocce Scripto Svbministrare
Voluit**

Rostochii: Typis Joh. Jac. Adleri, [1748?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1004035128>

Druck Freier  Zugang





T. 512.

1748. Mich.

M-1256. 298.

Mab. 1748.

RECTOR^E ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DN. FRIDERICO,

DVCE MECKLENBURGENSIVM, PRINCIPE VETVSTÆ
GENTIS HENETÆ, SVERINI AC RATZEBVRGI, VT ET
COMITE SVERINENSI, TERRARVM ROSTOCHII
ET STARGARDIÆ DYNASTA,
DOMINO NOSTRO CLEMENTISSIMO.

PRO-RECTOR^E HODIERNVS,

FRANCISC. ALB. ÆPINVS.

S. TH. D. PROF. DVC. PVBL. ET CONSIL. CONSISTOR. COL-
LEGII DVCAL. PROFESSOR. ATQVE FACVLT. THEQL. SENIOR,
HVJVSQVE H. DECANVS,

CIVES ACADEMICOS HONORATISSIMOS,
EX OFFICI^E RATIONE,

FESTVM SANCTORVM ANGELORVM
CVM ECCLESIA PIE DECENTERQVE PERAGANT
ADMONITVRVS,
MATERIAM SIMVL QVANDAM

DE ANGELIS
VLTERIVS COGITANDI AC MEDITANDI
PVBLICO HOCCE SCRIPTO
SVB MINISTRARE VOLUIT.

ROSTOCHII, TYPIS JOH. JAC. ADLERI, ACAD. TYPOGRAPHI.



M. 1256 298

СОВЕТСКИЙ УЧЕБНИК

ДЛЯ АВИАЦИОННОГО УЧЕБНОГО ЦЕНТРА

САМОЛЕТЫ И МАШИНЫ ПОЛЕЗНЫХ ГРУЗОВ

ДЛЯ АВИАЦИОННОГО УЧЕБНОГО ЦЕНТРА

САМОЛЕТЫ И МАШИНЫ ПОЛЕЗНЫХ ГРУЗОВ

ДЛЯ АВИАЦИОННОГО УЧЕБНОГО ЦЕНТРА

САМОЛЕТЫ И МАШИНЫ ПОЛЕЗНЫХ ГРУЗОВ

ДЛЯ АВИАЦИОННОГО УЧЕБНОГО ЦЕНТРА

САМОЛЕТЫ И МАШИНЫ ПОЛЕЗНЫХ ГРУЗОВ

ДЛЯ АВИАЦИОННОГО УЧЕБНОГО ЦЕНТРА

САМОЛЕТЫ И МАШИНЫ ПОЛЕЗНЫХ ГРУЗОВ

ДЛЯ АВИАЦИОННОГО УЧЕБНОГО ЦЕНТРА

САМОЛЕТЫ И МАШИНЫ ПОЛЕЗНЫХ ГРУЗОВ

ДЛЯ АВИАЦИОННОГО УЧЕБНОГО ЦЕНТРА



Celebratur in Ecclesia nostra hodierna luce sanctorum Angelorum Festum, cuius eqvidem occasionem, a taurō qvodam Syponentino in Apuliæ monte, Gargano dicto, datam, atqve primam, qvemadmodum eam, qvi Ecclesiæ Romano. Papisticae Festa ex instituto descriptere, referunt, (a) originem si spectemus, confictis illam miraculis atqve commentis
deberi

(a) Vid. Pet. de *Natalibus Catalogus Sanctor.* d. 29 Septembr.
Jac. de VORAGINE *Legendæ Sanctor.* *Sanctorumque,* alias *Longobardica Historia,* it. *Aurea Legenda,* it. *Passionale Sanctorum,* *inscriptæ,* h. *Fest. BARONII Annal. Eccl. Tom. VI ad An. 493. num. 43. 44. Add. Rud. HOSPINIANI Lib. de Festis Christianorum Septembr. fol. 138. Jo. Andr. SCHMIDII Hist. Festor, & Dominicarum, Sept. §. IX,*

deberi, qvemlibet, opinor, facili conjectura esse asseqvuturum.
 Nec minus istius feriatio, secundum eorundem Scriptorum
 Pontificiorum narrationem, sine fabulosis apparitionibus, S. Mi-
 chaëlis Archangeli, cui templis illius in honorem exstructis, il-
 lud olim nominetenus dicatum, & a qvo vel hodienum, etiam in-
 ter nos, suam vulgo retinuit denominationem, in Ecclesiam, at-
 testante Baronio, a Gelasio Pontifice, (aliis autem Felici Papæ Ro-
 mano id adscribentibus) Seculi post natum Salvatorem qvinti
 vel medio vel appropinquate fine (qvoad Annī namqve
 determinationem Scriptores discrepant) primum introducta fuit
 celebrariqve jussa. Utut vero sit, & qvomodocunqve cum illi-
 us tam occasione, qvam origine, res fese habeat; neutiqvam ta-
 men Ecclesia nostra Festum illud, posteaqvam ab universo
 Christianorum orbe receptum & complura per secula jam usita-
 tum fuerat, abrogandum, sed sanctum potius habendum atqve
 servandum censuit. Atvero, qvantumvis ex Papatu fortassis, fa-
 bulosis istiusmodi apparitionibus ac enthusiasmis adsveto, (qua-
 propter B. Lutherus : (b) *Enthusiasmus est omnium hæresium, & Pa-*
patus, & Mahometismi origo, vis vita & potentia, scribere non dubita-
vit.) ortum suum hoc festum traxerit, variisqve vel hodienum
superstitionibus in illo commaculatum celebretur; hæc talia ta-
men nostra repurgatæ Lutheri ministerio religionis Ecclesia ad-
eo non attendit, nec curat, ut longe potius abinde removerit, &
procul ab eodem voluerit abesse. Qvicqvid etenim Festi hujus
retinuit Ecclesia nostra, hoc omne Michaëli qvidem Archangelo,
verum non creato, sed increato, sed magno illi, a fidelibus V. T.
diu desiderato Angelο federis, Mal. III. 1. dicatum est
& a nobis consecratur. Qvodsi vero sanctorum Angelorum
Festum id ipsum appellamus, id sane non ea fit inten-
tione, ut Angelis ipsis hoc qvicqvid est honoris deferamus, aut
ad Ecclesiæ Romanæ imitationem, eorum vel auxilium implore-
mus, vel intercessionem apud DEum pro nobis expetamus. Ta-
lismodi namqve honori soli DEO unicoqve Salvatori nostro de-
bito derogantes, ideoqve impiæ, superstitiones abominationi
uni-

(b) Art. Smalcald, Part, III, Art, II X. p. 333.

unicuique vero & fideli Christiano sunt, & esse debent. Satis
 qvippe superqve sacrarum Scripturarum codex nos edocuit, solum
 DEum adorandum & invocandum esse, *Deut. VI. 13. Matth. IV.
 10.* Hunc enim solum novimus Liberatorem Israëlis in tempo-
 re angustia, *Jerem. XIV. 8.* Isest, qvi suam ipse nos opem im-
 plorare jussit, & auxilium promisit: *invoca me, inqviens, in die an-
 gustiæ, eripiam te, & honorabis Me. Ps. L. 15. coll. Es. XLII. 8.* ut
 alia, qvæ sunt ejusmodi, loca taceamus. Neqve præterqvam
 ad qvem Scriptura nos ablegat, aliò indigemus apud DEum in-
 tercessore. Is autem est Servator ac Dominus noster JESUS Chri-
 stus, solus & unicus ille Mediator inter DEum & homines, qvi
 dedit seipsum in pretium redemtionis pro omnibus, *I Tim. II.
 5. 6.* qvi propitiatio factus est pro peccatis nostris, imo non pro
 nostris tantum, sed etiam pro totius mundi, qvem adeo præsti-
 ta justitiæ divinae pro peccatis nostris satisfactionis meritiqe
 sui virtute ac infinito valore paracletur ac intercessorem apud
 Patrem habemus, *I. Job. II. 1. 2.* Nam Christus, qvi mortuus
 est, magis vero etiam qvi resuscitatus, ad dextam DEI sedens
 interpellat pro nobis, *Rom. XII. 3. 4. coll. Ebr. VII. 25.* Absit i-
 gitur, & absit omni modo, hodiernum hocce Festum a nobis in
 honorem aut cultum sive Michaëlis illius Archangeli creati, si-
 ve sanctorum Angelorum omnium converti ac celebrari. Ab-
 sit omnino, Angelos creatos a nobis religiose coli, vel adorari
 ac invocari, utpote qvalem cultum Angelos ipsosmet declinare,
 sibiique deferentes ad DEum, cui soli præstandus, amandare,
Apoc. XIX. 10. XXII. 8. 9. legimus. Hunc ergo Creatorem An-
 gelorum atqve Dominum, uti reliqvis, qvæ qvotannis aguntur,
 sic & hodierno Festo veneramur, colimus, adoramus ac cele-
 bramus. Sic & in Christo, Domino nostro, loqvendi ad DEum
 fiduciam habemus, & accessum in confidentia, per fidem ejus,
Eph. III. 12. Accedimus itaqve cum confidentia throno gratiæ,
 ut accipiamus misericordiam, & gratiam inveniamus in oppor-
 tunum auxilium, *Ebr. IV. 16.* Eapropter ad DEum orantes Ange-
 lorum intercessione non indigemus, utpote de Christi pro no-
 bis intercessione, merito illius nixa, ex superius allegatis Scri-
 pturæ dictis, certissimi, precesqve nostras in ipsius nomine, ceu
 jussit,

justit. *Joh. XVI. 23. seqv.* ad Patrem cœlestem directas exauditumiri, nulli dubitantes. **A**st Angelorum intercessiones qvas Pontificiū sibiceu necessarias imaginantur, & propter qvas eosdem in Litania, qvæ dicitur, in Ecclesiis illorum hoc præcipue Festo cantari solita, (c) ut matutinas & alias ipsorum ad Angelos uniuscujsque tutelares, qvos vocant, directas precatiunculas silentio prætereamus, invocant & implorant, oppido incertæ sunt, in nullo plane Verbi Divini testimonio fundatae. Et post, et si Angeli, verbis B. Lutheri (d) loquimur, *in cœlo pro nobis* orent (ficut ipse quoque Christus facit) *¶ sancti in terris, ¶ fortassis etiam in cœlis: tamen inde non sequitur, Angelos ¶ sanctos a nobis esse invocandos, adorandos, jejunis, feriis, Missis, oblationibus, temporum, altarium, cultuum fundationibus, ¶ aliis modis honorandos, ut patronos & intercessores, ¶ unicuique eorum certa auxilia esse tribuenda, ut Papistæ docent ¶ faciunt.* Hoc enim idololatricum est, ¶ hic honos soli DEO tribuendus est. Certe, non poterit non indigne ferre Rex terrenus, si qvis venerationem suæ Majestati unice convenientem atqve debitam, ipso præterito, Ministris ejus tribuere & exhibere vellet. Sic Angelorum quoque Cultus DEO, Regum illi Regi Dominoque dominantium, qvippe qui isthunc honorem sibi ipsi soli vindicavit, gloriam suam alteri nulli daturus, *Ef. XLII. 8. placere minime potest.* Est enim ipse Dominus, cui mille Angelorum millia ministrant, & coram qvo myrias eorum myriadum stant, *Dan. VII. 10.* jussa illius exspectantes ac obedienter executuri. Qvæ cum ita sint, non in Angelorum, sed DEI honorem atqve gloriam Festum hodiernum celebramus, utpote cuius beneficio angelica tutela custodiaque fruimur, cuius igitur & gratiæ pro ea grates debemus, hodieqve exsolvimus, gloriam & laudes ipsius grata concinentia propterea decantando. Qvicquid enim boni ab Angelis in nos confertur, id omne a nutu jussuque divino, ceu prima principaliqve causa, proficiscitur atqve dependet: Angeli vero ministeriales duntaxat illius

(e) Qvæ passim in Papisticis precum & cantilenarum libris, Latinis atqve germanicis, reperiuntur. Vid. *integra ea v. g. in des Nordens Sterns Führers zur Seefahrt III. Th. Cap. V.*

(d) *Art. Smalc. P. II. Art. II. Rubr. de Invocat. Sanctor.*

illius causa existunt, qviqpe qvi omnes, ut Apostolus eos *Ebr. 1. 14.* describit, non nisi spiritus ministratorii sunt, in ministerium emissi (a DEO videlicet) propter eos, qvi hæreditati sunt salutem. Jam autem, cultum & honorem soli supremo Domino convenientem atqve debitum ministris ejus tribuere, fas non est, minimeqve decet.

Sed vero, dum Angelorum missionis & ministerii heic mentionem fecimus, non desunt, qvi hoc etiam in dubium vocare conati fuerunt. Mitti enim DEOqve ministrare, non nisi substantiis, suppositisve atqve personis, si propriam verborum retinere significationem velimus, competere posse, per experientiam & cum ratione agentium inductionem constat. At tales Angelos existere negatum aliqui voluerent. Non dicemus jam de Sadducæis inter Judæos, qvos, neqve angelum, neqve Spiritum dari, asseruisse, Lucas *Act. XXIII.* 8. testatur. Neqve Libertinos, specialiter sic dictos, peculiarem inter Anabaptistas se&ctam constituentes, hac vice commemorabimus, de qvibus, qvod itidem Angelorum existentiam inficiati fuerint, aut si eam confessi, haud tamen, supposita sive substantias singulares eosdem esse, concedentes, in operationes circa nos divinas convertere maluerint, & ita quidem, ut, si beneficij qvid in homines gratia divina contulerit, id *bonum*; sin vero justitia pœnas & afflictiones irrogaverit, id *malum*, angelum vocari, statuerint, Ecclesiastica Historia Scriptores referunt. Succurrit enim memoria, qui nostra hac ætate in lucem prodiit, inter eos, de qvibus in extremis hisce diebus venturis, Apostoli, *Petrus 2. Ep. III.* 3 & *Judas Ep. v. 18. 19.* vaticinati sunt, merito suo numerandus ευπραιγης, quo pejorem vix, & ne vix quidem, orbis tulit, a nobilitate quidem deductum, sed ignobile ac infauustum plane nomen gerens, *Job. Christian. EDELMANNVS.* (e) Qvi, sicut universi sacrarum Scripturarum Codicis originem atqve veritatem divinam non solum in dubium vocare studuit, sed & passim aperte negat; ita, qvæ inibi leguntur, Angelorum mentionem facientes Historias sine discrimine omnino omnes, tanquam mera phantasma deridet,

(e) In dem Glaubens-Bekenntnig.

det, atque non nisi Sacerdotum Cleriqve, ad deludendum ingenia mortalium comparata, figmenta, (Engel-Historich: sunt propria illius verba, sind Betrügereyen der Pfaffen,) pronunciare veritus non est. Qvod si qvafiveris, qvidnam igitur per Angelos, qvos ipse nominat, intellectum velit? en! ejus declarationem, (f) scribentis: daß man unter dem Worte Engel in der Schrifff, weiter nichts, als entweder Menschen selbst, wenn sie als Boten oder Gesandten gebracht werden, oder doch menschliche Eigenschaften, Gedancken und Affecten zu verstehen, und wo sich eins von beyden nicht appliciren lasse, nur leck zu dencken habe, daß die unwoissenden und abergläubischen Pfaffen ihre Grillen bey Gelegenheit mir an den Mann zu bringen gesucht. Atqve hæc ad apparitiones Angelorum in V. T. Patriarchis aliisqve factas non tantum, sed eas etiam qvæ in vita Salvatoris nostri, hujusqve deinceps Apostolis contigisse, sacer N. T. Codex refert, eum in modum applicat, ut facile intelligatur, impium hunc irrisorem nullam ullam Historiis biblicis relinqvere veritatem, sed omnem omnino fidem iis denegandam velle, suasqve hunc in finem vires impendere omnes. Id qvod ut vel unico illustretur exemplo, sit illud Historia nativitatis Christi & Angelorum circa eam apparitionis, a Luca Cap. II. plenius descripta, de qua sic (g) judicat: Wir machen den leßtern (Dominum nostrum Jesum Christum, de quo haecenus loquutus fuerat) zu einem Friede-Füchten, und lassen die Engelchen bey seiner Geburt singen, daß von nun an auf Erden Friede seyn werde, und Er selber bekennet doch nicht nur ausdrückl. von sich selbst Matth. X, 34. Er sey nicht kommen Friede zu senden, sondern das Schwerd, welches Bekennniß dem vorhergehenden Engel-Gesang gerad entgegen steht, sondern es lehret auch die ganze Historie nach denen Zeiten IESU, daß nie mehrere blutigere und grausamere Kriege auf Erden geführet worden, als unter den vermeinten Friedens-Kindern, die sich Christen nennen. Hancce, qvam imaginatus sibi est, contradictionem inter Christum natum & Angelos nativitatis ejus ebuccinatores

(f) p. 274.

(g) p. 208.

tores, totam illam Historiam (nam & alibi) Christum tam DEI, quam Virginis Filium esse, negat, & Josephi naturalem ex Maria progenitum filium, eximia tamen ac præpollente sapientia prædictum, der einen der größten Frey-Dencker seiner Zeit vorstellet, dicit) & speciatim Angelorum existentiam dubiam facere, opinatur. Verum enim vero, tantum abest ut inter angelicum illud vaticinium & allegatum Salvatoris effatum pugnæ quid aut contradictionis, dummodo secundum legitimas Hermeneuticæ sacræ regulas utrumque interpretetur, intercedat, ut potius inter se quam optime consonent, neque, quod ad veram contradictionem requiritur, alterum alterum tollat negetve. Haud enim major hic est contradictione, quam, cum Christus ipse, non obstante hoc suo Matth. X. 34. pronunciato, nihilominus discipulis suis atque fidelibus se non pacem solum daturum, sed pignus etiam illius ac arrhabonem, Spiritum S. missurum, Job. XIV. 26.

27. promisit. Quæcum haud pridem in Programmate Pentecostali conciliata, heic loci prolixe repetere nolumus, ut ne sic præter necessitatem, actum agere velle, judicemur. Eo namque res præcipue redit, ut inter pacem externam, mundanam cum hominibus aliis, corporalem ac temporalem; & pacem internam, spiritualem cum DEO, cum Domino nostro Jesu Christo, cum sanctis Angelis propriaque conscientia nostra, eandemque in æternum duraturam, distingvatur. Hanc se daturum Dominus promisit: istius autem plane contrarium fidelibus in mundo hoc eventurum prædixit. Quam autem angeli tempore nascentis Christi terris annunciarere, prorsus eadem est & ejusdem indolis ac ea, quam Christus Dominus discipulis suis atque fidelibus l. c. promisit. Quamobrem hic æque ac ibi omnem exulare locorum adductorum pugnam ac contradictionem, oportet. At posito, nullatenus tamen concessio, revera, inter angelicam illam pacis annunciationem atque productam illam contrarii eventus prædictionem Christi, pugnæ quid subesse: num ea propter Angelorum existentia nobis dubia fieri queat, ac si non nisi Betrügereyen der Pfaffen essent? judicent, velim, qui judicandi facultate non sunt prorsus penitusque destituti.

Ceterum, ad ipsam illam Angelorum actualem existentiam, quam deperditus ille scurra negat, quod attinet, fateor,

B

qvem-

quemadmodum & alibi (h) jam dudum declaravi, in ea me semper opinione fuisse, non posse illam , seposita supernaturali divina revelatione, solida & immota, omniqve exceptione majori ac oppositi formidinem omnem excludente demonstratione probari. Potius, qui eam adstruere moliti sunt, præter possibilitem illius, quam vero nemo temere in dubium vocabit , demonstrasse , vel saltem ultra probabilitatem existentia Angelorum, argumentis ex solius luminis naturæ principiis depromptis, quidquam evincere posse, minime videntur. Unde doctrinam de Angelis in systemate Theologico Articulis fidei puris, quos vocare solemus, accenseri debere, existimamus. Qvandoqvidem autem infrunitus ille, qvocum jam nobis res est, divinorum pariter ac humanorum testimoniorum contemtor ac irrisor Verbi divinitus revelati, ex qvo notitia de sanctis Angelis haurienda, certitudinem dubiam facere gestit, ecqvmodo tractandus ille in hoc nobis erit ? Nam Philosophicam cum eo Disputationem inire, haud consultum fuerit. Scripturæ S. autem autoritatem impugnat , & tanquam commentitiam exsibilat atqve ludibrio habet. Qvodsi igitur hac ratione contra eum rem aggredi vellemus, ante omnia divina sacri Codicis origo, veritas & certitudo non tam, ut alioquin inter fideles Christianos sit, præsupponenda, quam evincenda & stabienda foret. Id qvod a Viris doctis ac piis & olim & recentiis, adversus hunc eundem ipsum adversarium, abunde præstitum, hic autem loci, tanquam nimis prolixum & mensuram chartæ huius scriptio destitutæ superans, commode fieri nequit. Ut taceam, id procul dubio frustraneum futurum, siqvidem verendum, ne temerarius ac, ut apparet, induratus iste Scripturarum sacrarum hostis in erroribus suis pertinaciter sit perseveraturus. Qvamobrem hac vice nihil nobis aliud reliquum erit, quam ut , scientes , qvod ita peccet, ut sit ~~σύνοντες ἀρρεποίος~~, juxta Pauli monitum Tit. III. 10. 11, eum vitemus ac fugiamus.

Hæc

(h) Part. IV. Introdæt. in Phil. s. Theol. Natur. Part. I. Sect. I.
Cap. IX.

Hæc itaque sunt, quæ in præsenti hoc, quod celebramus, sanctorum Angelorum Festo Vobis, CIVES ACADEMICI HONORATISSIMI! tanquam ulterius meditandi materiam subministrare, vel libitum, vel licitum fuit. Supereft autem quorū hujusmodi ſcriptionis ac commentaryum genus præcipue ſpectat, ut quid nostri hoc in Festo fit officii, admoneamini. Ostensum jam in superioribus eft, non in Angelorum, ſed eorum Creatoris atque Domini gloriam & honorem sanctum illud a nobis haberi ac celebrari debere. Hunc igitur collamus, hunc veneremur ac adoremus, & ejus admirandæ gratiae grates pro Angelorum custodia, qua ipſius iuſſu fruimur, devo-tiſſimas agentes, laudes ipſius plena hilaritatis oratione referamus. Quantum autem ad Angelos ipſos, certiſſimum & ex ſu-pra dictis evictum remanet, nihil eorum, quæ ad religioſum ſoli eorum Domino debitum cultum perteſt, iis exhibendum eſſe; haud tamen, ideo concludendum eſt, ac ſi nullum erga eosdem nobis officium incumbat. Sunt certa hominum erga homines officia, quorum ad præſtationem alter alteri obſtricetus eſt, quæ vero penitus cultu religioſo vacant. Et qvo plura in nos ab aliquo bona proveniunt, eo magis illi nos obligatos agnoſcamus, æquitas poſtulat, eoque plus illi debere celiſendi ſumus. Ab Angelis ſane non exigua, ſed eximia, non tenuia, ſed ingentia nobis bona, ſecundum voluntatem divinam illiusque iuſſa, præſtantur. Quapropter vel ſola Lex gratitudinis vult, ut erga hos in bonum noſtrum emiſſos DEI Miniftriſ non ingrati reperiamur. Gratitudo vero, quam illis exhibere poſſumus, in honore præſertim ac amore reverentiali conſiſtit. Honore, fas eſt, eos prosequi, quoniam ſupremi Regum Regis Domini que Dominantium Miniftri ſunt, ut in illis & per illos Deus ipſe honoretur. Quemadmodum & in Civilibus honor Legato habitus in ablegantem Principem redundant: ideoque, quatenus Ministro defertur, ſubordinatus tantum honos eſt. Amare nos Angelos, decet, quoniam ipſi nos amant, ut ex aſſerto *Luc. XV.* 10. eorum de pœnitentia noſtra gaudio, facile colligendum. Quo quid præſtantius, eo magis eſt amore dignum. At Angelos creaturarum prætantissimas eſſe, ex comparatione Filii DEI cum

cum illis, Ebr. I. 4 seq. conjectu facillimum erit. Ut benefactores nostros amemus, a Natura nobis insitum est. Ecquæ vero, præterqvam qvæ divina bonitas in nos effundit, qvæque Christus promeritus nobis est, angelicis in nos beneficiis meliora nobis contingere possunt? Revereri quoqve Angelos debemus, qvemadmodum pii Veteres regulam nobis tradiderunt: *In quovis angulo reverentiam exhibe tuo Angelo, ne scilicet peccando eos offendamus.* Sunt enim sancti Spiritus, ideoqve crimina qvævis aversantur & odio habent, adeo, ut ab impiis impoenitentibus recedentes eorum fugiant consortia. Qvæ tamen omnia Angelis a nobis debita officia sic attemperanda sunt, ut ad DEum atqve Christum ultimo referantur. Qvæ qvidem occasione præsentis Angelorum Festi monita volui: neu vero quis cogitet, velim, sic eadem illi adstricta, ut cum finiente hodierno die finiantur postmodumqve cessent. Absit! Sunt ea potius perpetua, per omnem hancce vitam nostram continuanda, donec Angeli, cum vitæ nostræ Dominus jusserit, animas nostras in finum Abrahæ sunt deportaturi. Qvod ut fiat, faxit, propter Christi meritum, Angelorum Dominus in Secula Seculorum benedictus!
Hallelujah!!!

P. P. SVB SIGILLO ACADEMICO.
IN SANCTORVM ANGELORVM FESTO,
D. XXIX. M. SEPTEMBR. ANNO MDCCXLIX.



Hæc itaque funto, quæ in præsenti hoc, qvod
sanctorum Angelorum Festo Vobis, CIVES ACA
HONORATISSIMI! tanquam ulterius meditando
subministrare, vel libitum, vel licitum fuit. Super
qvorum hujusmodi scriptionis ac commentationum
eipue spectat, ut qvid nostri hoc in Festo sit offici
mini. Ostensum jam in superioribus est, non in
sed eorum Creatoris atque Domini gloriam & honor
illud a nobis haberi ac celebrari debere. Hunc i
mus, hunc veneremur ac adoremus, & ejus admirare
grates pro Angelorum custodia, qva ipsius jussu fru
tissimas agentes, laudes ipsius plena hilaritatis orat
mus. Quantum autem ad Angelos ipsos, certissimum
pra dictis evictum remanet, nihil eorum, qvæ ad
foli eorum Domino debitum cultum pertinent, iis e
esse; haud tamen, ideo concludendum est, ac si
eosdem nobis officium incumbat. Sunt certa ho
homines officia, qvorum ad præstationem alter alte
est, qvæ vero penitus cultu religioso vacant. Et c
nos ab aliquo bona proveniunt, eo magis illi nos
gnoscamus, æquitas postulat, eoqve plus illi debe
sumus. Ab Angelis sane non exigua, sed eximia,
sed ingentia nobis bona, secundum voluntatem
usqve jussa, præstantur. Qvapropter vel sola Lex
vult, ut erga hos in bonum nostrum emissos DEI Mini
grati reperiamur. Gratitudo vero, qvam illis exhibere
honore præsertim ac amore reverentiali consistit.
est, eos proseqvamur, qvoniam supremi Regum Re
que Dominantium Ministri sunt, ut in illis & per
ipse honoretur. Quemadmodum & in Civilibus
habitus in alegantem Principem redundat: ideoq
Ministro defertur, subordinatus tantum honos est.
Angelos, decet, qvoniam ipsi nos amant, ut ex ali
io. eorum de pœnitentia nostra gaudio, facile
Qyo qvid præstantius, eo magis est amore dignum
los creaturarum præstantissimas esse, ex comparatio

